

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)



ut ab opudua illa meditatione mortis temperares,  
ne scilicet ea ratione illam ~~excessu~~ <sup>ipsum</sup> aucter-  
raret; quid ni ego, inquit, de morte cogitem? numre-  
timere me putas illam, cum qua quodidie fami-  
liariter ago, et loquor? apage sis, haud equidem ti-  
mere illam possum, quam ut sororem charissimam  
diligis.

Cardinalis Reginaldus Polus, cum ei annunciaren-  
tur Henricum VIII Anglia regem vita ipsius  
insidiari, et mortem machinari, respondit: iam du-  
dum huius vitae studio affectus mortem optavi, tanto  
eam studio officere cum contendas, nihil aliud fa-  
cit, quam si eunti dormitum vestimentum detra-  
here conetur.

S. Theresia in extremis posita summo animi ser-  
vore, ac ineffabili letitia dicebat: o Domine, o  
sponse meae, accessit tandem tempus exoptatum: a-  
quasi est ut te videam. Tempus est, mi Domine,  
ut ex hac vita discedam. Fiat, obsecro, iuxta placita  
tuum. Venit demum hora, qua <sup>ex</sup> hoc exilio eripiar,  
teq; fruor, quod tam ardentem concupivi.

### Caput VII.

Quod moriturus purgatorii penas inor-  
dinaliter timere non debeat.

Fortale hoc te angit, quod ignores, quomodo te mi-  
grantem Deus excepturus sit, utrum ad aeternam  
paradysi requiem, an ad transitoriam purgatorii  
penam? Non est neceffe, de aliquo horum scire,  
Sicut tibi placet dulcedo divina misericordia, pec-  
cata dimittentis, ita displicere non debet pulchri-  
tudo divina iustitiae peccata expiantis. Perfecti viri



quò dignius emendare, possent, quidquid in benignis-  
 simum Redemptorem suum commiserunt, paratierant  
~~esse~~ non solum ad purgatorii penas, verum etiam  
 ad infernum descendere, si divina iustitia decor-  
 id omnino exigeret. Ista certitudo tibi sufficiat,  
 quò habeas Dominum piissimum, qui et potest,  
 et vult salvare te, si humiliatus confidas in  
 eo, non in te. Multum illi placemus, quando vo-  
 luntatem eius ita diligimus, et providentia ipsi-  
 us tam plenam fiduciam nos in spiritibus humili-  
 tate committimus, ut etiam nescire gaudeamus,  
 quid ipse circa nos agat. Tu igitur eius disposi-  
 tioni te totum committens, mortem letus exspecta,  
 qua presente, egredere securus ad Patrem clemen-  
 tissimum, exoptans, ut non minus in aeternita-  
 te, quam in tempore utatur te, quemadmodum  
 voluerit. Egredere inquam, non tanquam car-  
 ceri crudeliter mancipandus, sed tanquam sinu  
 misericordiae pie suscipiendus, atque fovendus. —  
 Quod attinet ad purgatorium, sane illae quoque ani-  
 mae, quae non admodum multa purganda secum hinc  
 deferunt, dolent plurimum, quò non satis pure  
 vixerint, unde et à perfectis regni caelestis gaudiis  
 retardari debeant, quae retardatio eas valde affligit.  
 Nam corporibus exultae, cum iam Deum clariori  
 intellectu cognoscant, quam hic cognoscebant,  
 ob idque avidius eum appetant, non possunt non  
 vehementer cruciari ex dilatione tam ineffabi-  
 lis boni. Licet vero penas suas, quibus iuxta  
 modum culparum nondum expiatarum torquen-



Iur. non ament, nequaquam tamen eas invite  
 tolerant. Neq[ue] enim voluntalem à Deo aver-  
 sam habent, sed libenter divina iustitia con-  
 sentiunt, sanè de adipiscendâ post <sup>caridè</sup> penarum  
 finem aeternæ beatitudinis gloriâ <sup>sunt</sup> nec ad hanc  
 vitam: in quâ multa peccandi pericula sunt: et  
 redire vellent. Sed et: ut dicamus: si liber eis pate-  
 ret introitus ad ipsum regnum caeleste cum gratio-  
 sa reverentiâ subducerent se, et ingredi nollent,  
 quousq[ue] per plenam purgationem tantâ felicitate  
 digna reddita forent: scientes, nihil inquinatū  
 illi Summa puritati perfecte coniungi copulariq[ue]  
 debere. Qualibet earum dicit id, quod fidelis  
 quisq[ue] in tribulatione constitutus dicere solet,  
 videlicet: iram Domini portabo, quoniam pec-  
 cavi ei, donec causam meam iudicet, et faciat  
 iudicium meum: expectabo Deum, Salvatorem  
 meum, educet me in lucem, et videbo iustitiam  
 eius. Blosi: Enchirid: parv: L. 2. C. 4.

Caput VIII.

Verba consolatione plena pro eò, qui in  
 sine vita se ad Deum convertit, ex Blosi  
 in consol. puf.

I Tu, qui in ultimâ aetate iter iustitiæ ingre-  
 di cepisti, iamq[ue] bona voluntatis es, quare sic  
 trepidas, ac tantâ tristitiâ deprimeris, quas nul-  
 la tibi salutis spes est relicta: recordare quax,  
 recordare misericordissimi, benignissimi, dulcis-  
 simiq[ue] redemptoris tui Jesu Christi, qui venit  
 in hunc mundum peccatores salvos facere, pro eis